



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

tate apostolica confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino &c. *usque* profutura. Salva nimirum per omnia apostolica sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostrae constitutionis &c. *usque* subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura &c. *usque* inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctae Mariae in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij, III. Non. Februarij, Indictione tertiadecima, incarnationis dominicae anno millesimo ducentesimo nono, pontificatus vero Domini Innocentij Papae III. anno duodecimo.

RANERIO PLEBANO PLEBIS
de Lornano.

Epist. 159.
Suscipitur sub
protectione se-
dis apostolicae.

Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, personam tuam cum omnibus bonis quae in praesentiarum rationabiliter possides, aut in futurum justis modis praestante Domino poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem concessionem parochiae ac decimarum tibi pia liberalitate à venerabili fratre nostro Bono Senensi Episcopo factam, sicut pie ac provide facta est, & in ipsius authentico plenius continetur, ac tu ea iuste possides & quiete, tibi & per te plebi tuae auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrae protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. *usque* incursum. Datum Laterani xiiii. Kalend. Februarij, pontificatus nostri anno duodecimo.

E I D E M.

Epist. 160.
Super eodem.

Cum à nobis petitur &c. *usque* effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis precibus inclinati, personam tuam &c. *usque*. Specialiter autem Ecclesiam sanctae Mariae de Porghian cum pertinentiis suis, sicut eam iuste possides & quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. *usque* incursum. Datum Laterani iv. Kalend. Februarij, anno duodecimo.

PRESBYTERO DIETAIUVVÆ
Rectori Ecclesiae sancti Pauli.

Cum à nobis petitur &c. *usque* effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, personam tuam cum omnibus bonis quae in praesentiarum &c. *usque* suscipimus. Specialiter autem concessionem Ecclesiae sancti Pauli tibi pia liberalitate à venerabili fratre nostro Bono Senensi Episcopo factam, sicut pie ac provide facta est, & in ipsius authentico plenius continetur, ac tu eam iuste obtines & quiete, tibi auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrae protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. *usque* incursum. Datum ut in alia.

SPINELLO RECTORI
Ecclesiae sancti Georgij Senensis.

Cum à nobis petitur &c. *usque* effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus gratum impertientes assensum, diffinitivam sententiam quam venerabilis frater noster Bonus Episcopus Senensis pro Ecclesia sancti Nicolai de Maiano contra populum ipsius Ecclesiae super parochiali jure ac aliis controversis exigente iustitia promulgavit, sicut est iusta nec legitima provocatione suspensa, & in instrumento publico confecto exinde plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei &c. *usque* incursum. Datum Laterani III. Non. Februarij &c.

E I D E M.

Cum à nobis petitur &c. *usque* tuis justis postulationibus gratum impertientes assensum, diffinitivam sententiam quam venerabilis frater noster Bonus Senensis Episcopus pro Ecclesia sancti Georgij Senensis contra Ecclesiam sancti Angeli de Monton super quibusdam domibus, sepulturis, & rebus aliis exigente iustitia promulgavit, sicut est iusta nec legitima provocatione suspensa, & in instrumento confecto exinde plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrae confirmationis &c. *usque* incursum. Datum La-